

DE FUGA CHRISTI
DOMINI MARIAE ET JOSEPHI
IN AEGYPTUM

AC DE SACRIS ARCANIS IN EA LATENTIBUS

LIBER NONUS

HOMILIA PRIMA

Iesu, Mariae, et Iosephi in Egyptum fugientium, prophetarum vaticinia, praedictiones, et figurae apponuntur.

Fuga Christi Domini, ac beatissimae Virginis, necnon charissimi eius sponsi Iosephi in aegyptiacam plagam longum sermonem habitu placet, ne debiti ordinis metas transilire videat, a vaticinis, et figuris fugam hanc praedicentibus, et adumbrauitibus exordi. Euherius nobilis auctor (*hom.de Innoe.*) inter alia multa, quibus Moysen typum Christi Domini gessisse docet, specialiter commemorat, quod sicut in Aegypto multi infantes propter Moysem in aquis fluminis iussu Pharaonis interierant, ita et infantes propter Christum in Iudea saevitiam herodianorum gladii sustinuerunt. Narrat deinde ex Iosepho, quod quidam sacerdos Aegyptiorum vaticinatus fuerat, ante ortum Moysis infante quendam nasciturum, per quem Aegyptus devastanda erat; unde illud consilium ei dedicit, ut interficeret omnes Hebraeorum infantes, ut sic unus ille inter eos occideretur; postea vero natus fuit Moses, pulcherrimus infans, qui ne cum reliquis infantibus periret, a parentibus fuit occultatus; et tandem non solum in infancia de capite Pharaonis quasi ludens regium diadema auferens in terra proiecit, sed et ipsum, et exercitum eius in mari rubro grandior effectus demersit. Non dissimiliter impius Herodes pharaonicae immanitatis verus aemulator Christum infante persequutus est, et ut illum unum interficeret, plurimos Hebreorum infantulos gladio confidit; verum a parentibus, Maria scilicet et Iosepho occultatus, et manibus eius velut Moyses e manibus Pharaonis, liber e-

vasit, et a regni imperio infelici morte evanescere Herodem infans deturbavit.

Divus Augustinus (*q. 90. sup. Exodum*) illa Exodi claudens verba: *Non coquies haedium in lacte matris tuae*, praesentis mysterii valicinium confinere arbitratur, dum ait: *Intellectum de Christo approbo, quod hoc propheta praedictus est non occidendum a Iudeis Infans, quando Herodes quereret eum ut occidere, non incendi;* hanc expositionem sequitur angelicus Doctor (*1.2.q. 102.art.6.ad 4*), et multi etiam aliis ex istorum Patrum sententiis tradunt, quod licet in sensu literali praeceptum illud non coquendi haedium in lacte matris sua impositionum esset Israelitis, ex quod crudelitatem redoleret, lac quod haedi est alimentum, eidem vertente in tormentum; vel certe, ut alii placent, quia huismodi coctione solebant idolorum cultores simulacula sua venerari, ideo ab illa se abstineret Iudei praecepitbatur; in sensu tamen mystico satis apostole de Christo intelligitur in infantil ac lacte acetate minime morituro, ut praedicti Patres adnotarent. In libro primo Regum aliam eliam huius mysterii singularem imaginem inuenio, dum (*c. 20*) sacer textus commemorat, venisse regem David in civitatem Naioth, ut liberaret eam, et continuo coactum fuisse fugam arriperet, ne in Saulis manus infestissimi sui hostis tradiretur: non dissimiliter venit rex gloriae Christus liberare Israelitem, et confessum qui refugium est nostrum, et facie Herodus fugit, et in remotissimam Aegypti regionem se abscondit.

Iaque tunc Herodes persuasus fuerat, advenisse tempus instaurandae universitatis, quae a Christo creata, recreari expectabat; iam hebdomas Danielis impletas, iam sceptrum lacobaeum ad proselytos translata; iam et peccatum ipsum ad mensuram usque patrum compleatum, ab ipsis Rabbinis, vel nolentibus fieri,

confitentibus tamen intelligebat, proinde in ianuis esse promissum Messiam; qui de monte sine manibus excisus, novum imperium, excelsum super omnes montes elevatum conderet, atque eleveret: metuebat deinde suis sceptris, quae precario usurpabat, no quis hebreorum gentili e manibus eriperet, et gentiam Romanis adstrictas restitueret. Stimulos addebat super visa lumina in media nocte, audite voces angelorum in sublimi canentium, visi pastores, pontifices, prophetae, reges ab ignoto orbe, qui iam iam natum accusat, voces, linguae fauentia numeribus insuper, quea nec Magno Alexandre semper ad manum, quandam puppam in stabulo bethlehemitico, inter bellugas sordidas repositum attollabant, acriores tamen illi erant ignes a Sanhedrina concilio, a quo edicta quasi oracula divina suscipiebantur, quorum doctores circumstantias a vobis expressas, rebus quaerunt vulgabantur, scilicet tempus temporis, signa signis, locum loco componentes, vel invitati pronunciabant a Bethlehem stabulo nasciturum assertorem libertatis; et quasi praecordorans hunc ipsum esse quem diaclae notaet, iam vulgatae aperte probabant, acriter infamem Iesum persequitur. Quemadmodum autem Ionathas, qui Davidem ardenti amore prosequebatur, a morte quam Saul ei machinabatur, singulari cura, ingentique vita sua pericula liberavit, ita sanctissimum Ioseph verum Davidem, Christum Iesum ardenter amans, aene quam impius Herodes ei inferre moliebatur, diligenter eripuit: meliusque et confidens quam Ionathas dicere potuisse infanti, quod illi ad Davidem (*1.Reg.10:10*): *Abi, non morieris.*

Verum et aliam expressionem figuram mysterium hoc adumbraunt refert propheta Isaia (*c.16*) dicens: *Emitte Agnum Domine dominatorem terrae, de petra deserti ad montem filiae Sion.* Et erit sicut avis fugiens, et pulli de nido avolantes: verba haec nullis sacramentis plena oportet ex profeso explicamus. Et quidem in primis Rabbi Ioseph, quem sequitur Hugo cardinalis, putat quod, ut habeatur libro quarto Regum, rex Moab pendebat regi Israeli mille agnorum tributum, qui ex quadam urbe, nomine *Petra deserti*, conducebantur. Unde iuxta hanc intelligentiam, quod petit propheta, est, ut mitentes agnos, solvant dehinc tributum. Subserbunt huc expositioni Pagninus, et Briscianus, et eiusdem scholiastes. Sed non video certi quomodo cum hac intelligentia cohaereant sequentia verba (*Isai.16:1*): *Et erit sicut avis fugiens, et pulli de nido avolantes:* immo nec qua ratione eandem sustinere possint priora verba: nam si agni mittendi in tributum erant centum milia, minime postulasset propheta, ut mitteret agnum unum. Unde sanctus Hieronymus, et alii non pauci, qui illum sequuntur, interpretantes illa verba de Christo, per *petram deserti* intelligent foemitam illam Ruth, quae defuncto marito mansit velut pater deservi, hec est ab omni consorbo, et humano solatio deserita. Alii vero intelligent civitatem, in qua nata fuit Ruth, quae, ut ipsi putant, et supra

intra mortis laqueum illum irretire sataginem, adeo ut maternae domunculae nido deserto in longinquam Aegypti regionem exul cum matre avolare quasi compellatur. Olim in Deuteronomio, id iubente Domino, si quis nudus avis invenisset, et matrem pullis incubantem, pullos quidem capere poterat, sed matrem abire sinebat, et avolare; at hunc sacratissimum columbae immaculatae nidum noluit Deus, ut inveniret crudelis Herodes, qui tam curiose illum ac solicite quaerebat; sed opportuno tempore admonita ab angelo, fugit columba cum pullo, evolat mater cum filio, et de nido egressa fugit in Aegyptum. O felix Aegyptum, *hababunt apud te profugi mei, esto latibulum a facie vestigatoris.* Bene profugos suis vocat propheta Iesum, Mariam, et Joseph dilectissimos eius parentes cum pullo nido relicto avolantes, et fugientes, et petit ab Aegypto ut sit eorum latibulum a facie Herodis vestigatoris (*Isa. 16:*) *Abconde fugientes, et rages ne prodas: fugentes, et vagi erant pueri Iesu, et parentes eius fugientes ab ira tyranni, et vagi per vias Aegypti querentes locum, ubi se abscondent ab ira furoris eius, qui sanguinem agni immaculati sitibet, et pullum columbae immaculatae capere, perdere, et occidere nitebantur: propterea fugiebant, ideo vagi erant, egestas, angustias, afflicti, quibus dignus non erat mundus, querentes quis illos egestates, et vagos induceret in dominum suum, abscondentes, ac non proderet crudelis tyranno. Clamat etiam in spiritu idem propheta Isaia (*cap. 21:*) *Ocurrentes sicuti fert aquam, qui habitat terram Austris: cum panibus occurrit fugienti? A facie enim gladiorum furent: ubi Septuaginta legunt: occurrit fugientibus propter multitudinem occisorum. Nulli dabimur esse potest, quin labore itineris beata Virgo, et Joseph esurient, ac lassi tunc fatigatus ab itineri etiam esuriret aliquis sitiret. Meritis ergo clamat sanctus Propheta ad viros qui illis in locis morabantur, ut occurrent egenis, vagisque ac fugientibus, afferentes eis panes ad comedendum, et aquas ad bibendum, ut vel modicem refocillari ac recreari celerius in Aegyptum se recipere: a facie enim gladiorum Herodis fugiebant, et a multitudine innocentium parvularum, qui propter Christum trucidabantur.**

Ad haec praesenti argumento mihi apte quadrare videntur verba illi Sponsa (*Cant. 8:*) *Fuge dilecte mi, assimilare capreae hinnulique cervorum: licet enim Cassiodorus, Philo, Carpinius, Iustinus, Alanus, et alii quamplures verba haec interpretentur de fuga in coelum in die ascensionis; et licet Theodoreus, Honorius, Anonimus, Aponius, et episcopus Christophorus, nec non plerique alii eadem exponant de reditu Christi Domini, quando universalis iudicium sententia lata iustos in coelum secum assumet; non desunt tamen, qui illi intelligent de fuga illius in Aegyptum; praevidens enim in spiritu sponsi herodianam persecutionem Christo infantil immixtum, monet illum ut nulla interposita mora fugiat: *Fuge dilecte mi;* per illud autem quod addit (*Cant. 8:*)*

*Assimilare capreae hinnulique cervorum, duo non obscurae indicat Christo fugienti satis consenteanea. Primum ut summa velocitate ac velociissime fugiat: capra enim et hinulus singulari celeritate ac velocitate polent, ut experientia ipsa satis comprimat. Alterum est quod cum cornu capreae combusti fumus et odor serpentes fugere compellat, ut aduoavit Berchorius (*in suo mor. reduc.*), cui persimile est, eodem id attestante, ex divo Isidoro (*lib. 10,*) quod sanguis hinului potentissimum antidotum est adversus veneficos serpentum mortus, non obscurae indicavit sponsa, futurum esse, ut Christus Dominus instar capreæ, et hinuli, Aegyptum ingrediens, idolorum serpentes contereret, et solo sua divinitatis odore in terram prosteremet, iuxta vaticinum Isaiae (*c. 19:*) *Commovetur simulacra Aegypti a facie eius.* Quod si his adiungas, hoc esse ingenium matris hinuli, ut illum abscondat, ne a venatoribus capiatur; quam apte id in beatum Virginem conveniat, quae infantulum suum diligenter abscondit intra deseria Aegypti, ne ab infestissimo venatore Herodio caperetur, haud difficile erit indicare. Quid plura? singularis typus huius mysterii fuit usq[ue] illa divi Ioannis (*in sua Apocalyp.*). Commemorat ibi ostensam sibi fuisse mulierem praegnancem, quae cruciabatur præ magnitudine desideri, ut pataret; peperit filium masculum, et fugit cum eo, et draco misit post illum fluvium magnum ab ore eius, ut suffocaret eum. Haec mulier beatam Virginem referit, cuius virginem partus a cunctis gentibus praestolabatur; at post partum ob metum draconis, nempe Herodis, fugit cum pueri in Aegyptum, et post illum misit crudelis draco Herodes fluvium sanguinis Innocentum quem fudit, ut in illo suffocaret, et interimeret Iesum. Profecto cum locus aliquis peste infectus est, optimum remedium fuga esse perhibetur: quare cum pueris Herodis crudelitate futura esset, interbet Deus Josephi pueri custodi ut fugiat: *Acepsa puerum, et matrem eius, et fuge in Aegyptum;* continuoque mater ait dilecto filio: *Fuge dilecte mi, assimilare capreae hinnulique cervorum.* Fecit tunc b. Virgo, quod per illi agricultores prudens enim et expertus hortulanus cum plantis, quae iuxta grandiores arbores sicut sunt, earum umbram nocere animadverdit, alio transponere solet; ita beata Virgo, ne tyrannidis, et crudelitatis Herodis umbra terrena illi plantae unigeniti filii sui, qui recens homo factus et natus erat, nocere aliqua ratione posset, ideo hodierna die eam in Aegyptum transponi diligenter curat. Ad extremum consonant his omnibus egregia verba divi Chrysologii (*homil. 151*) in hunc modum loquentis: *Iosabeth filiam regis furaram esse infantulum regium Scriptura prodit;* ne ab Athalia impia foemina semen omne regium extingueretur. *Clam ergo nutriendum curavil ad regni israeliticæ spem;* Maria vero mundi totius salutem in uno parvulo postulat cernens, ad spem regni coelestis ipsum aternatim haeredem fuga nobis, et latereb conservat. Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA II.

Varia somniorum genera assignantur, et superstitionis abicienda doceatur; rationesque traduntur, ob quas angelus non in vigilia, sed in somnis fugam in Aegyptum sancto Iosepho revelavit.

Fulgosi somniorum varia constituit genera, primum appellat somnium, secundum visionem, tertium oraculum, quartum insomnium, quintum apparitionem, quam Graeci phantasmat vocant. Somnium, inquit, dicitur, cum sub aliqua figura teatula appetit veritas, ut illud fuit quod de vacuis, spicisque Joseph Pharaoni Aegyptiorum regi interpretatus est, neccnon illud, quod de Polycaro Ioannis evangelistæ discipulo scriptum est, eni dormienti pulvinum combari, martyri futuri igne praesagium visum est, quod ipsi propter hoc certum praedixit. Neque huic dissimile, quod Caesaris matri contigit, quae intestina sua per aeterni ferri somniam vidit. Visio est, cum id proprio contingit, quod per somnum est visum, ut Vespasiano de Neronis deinde evenit. Oraculum est, cum a divina persona, sive etiam patre, aut sacerdote, aliquid in somnis nunciatur, sicut Magis, cum moniti sunt, ne ad Herodem redirent, et Joseph viro Mariae, ut cum puer, et matre in Aegyptum fugeret. Haec tria non semel aliquid veritatis habent, ea tamen prorsus carent duae quae reliqua sunt species, videlicet insomnium, et apparitio: nam cubus, crassaque vapores, aut mentis agitatio, ac labor, eorum causam praebere videntur; haec ex Fulgoso. Alii haec somnia in tres partium tantum species, naturalem, animaliem, et coelestem: naturalem vocant eam, per quam physici de humoribus iudicant: nam somniantibus aquam phlegmaticos humores dicunt designari; per rubentem colorum sanguineum, et per igneum cholaram, tetris autem humoribus melancholiem, velut eam de qua Arnaldus philosophus in somnis scriptum reliquit: nam cum somniasset a nigrinante calo pedem simi morderi, in ea pedis parte posteria die cancer innatus est. Animalia dicuntur somnia, quae ab animi passionibus, quae interdiu contingunt, proficisciunt, sicut ex fervore sicut Apostolo Paulo evenit in Macedoniam proficisci, cui (Deo specialiter etiam revealante) visus est sibi cum dormire, a Macedonia quadam rogari, ut hominum eius regionis miseretur. Coelestia autem tantum illa dicuntur somnia, quae rerum divinarum monitum esse censeuntur, sicut de statua quam Babylonis rex in somniis habuit, quana propheta Daniel interpretatus est, et pene innumerata alia, quibus plena sunt sacra eloqua.

Breviter tamen divisione utens, ut concionatorio numeri inserviant, quaedam somnia sunt naturalia; alia supernaturalia, et divina; inter naturalia quaedam sunt vana, et futile, et saepe perniciose. Vana sunt, quae ex sola affectione, et dispositione corporis oriuntur. Solent enim famelici ciborum formas, et stibidi frumenti fontes ac suavia pocula phantasia sua involvere, Isaia (*c. 29*) dicente: *Sicut somnii e-suriens, et comedit, cum autem expurgatus fuerit, vacua est anima eius: et sicut somnii sitiens, et bibit, et postquam fuerit expurgatus, lassus adiutus sit.* Melanchonici etiam, quae terorem incidunt; sanguinei, quae hilaritatem secum afferunt, somniare convevere. Experiencia enim compertum est, lasciva somnia ex in honestis aspectibus non semel, ex turpi fabulatione quandoque, ex nimia ciborum ingluvio saepe causari. De hoc genere somniorum, et aliorum similium, quae ex amore, vel odio, et aliis huiusmodi passionibus proficiscuntur, nulla prorsus habenda ratio est: nam ut Salomon dixit (*Ecccl. 34:*) *Multos errare fecerunt somnia, et cediderunt sperantes in illis: et alibi legitum (Deut. 18): Non inveniatur in te quæ observet somnia;* Virgilus quoque fidei lumine destitutus, et solo naturali illustratus cecinit:

*Caepurunt somnia plures,
Sed falsa e caelo mittunt insomnia maies.*

Cicerio (*lib. de div.*) similiter, alioquin genitilis, multis rationibus somniorum vanitatem improbat, et Plinius junior solatorem Svetonium, qui per insomnium vidi certa die easuram, sudens illi nihil sibi timendum.

Alia sunt somnia naturalia, quorum meminerunt Fulgosi, Valerius maximus, et Cicerio, quorum ad exemplificandum nonnulla hic apponere memorabiliora non pigebit. Fulgosi (*lib. 1*) referit quod L. Syllas in somnis ostensam fuit Victoria adversus C. Marii filium: verba eius sunt haec: *Per quietem visus sibi est Marianum patrem videre iam mortuum, qui filium monebat, ne postea die praelatum committeret, quoniam ea sibi dies infesta foret.* Dormiens in Asia Luculles videt dormienti sibi dictum: *Vade Luculle, Autolitus enim venit ut secum sis.* Experciunt somno, cum rem diligenter investigaret, intellexit a navibus Cilicium, quas Romanæ insectacae erant, mariis in littore relati marmoreum statuan, quae postea Autolitus ei fuisse cognita est, qui olim in Ponto urbem Sinopem muro cinxerat. Silentio etiam praeterendum non est poetae Sophoclis somnum, qui saepius per quietem conspecto Hercule, furem enim nominatim accusante, qui ex fano suo aureum vas furto surreptiprat. Ut rem Ephoris detexit, comprehensus, quem Hercules accusabat, verum esse furium confessus est; quoniambre ab eo tempore templum illud Iudicis Herculis nominatum est. Cum item in Capitolium Cicerio Iulium Caesarum prosequeretur, eique narraret nocte proxima a se visum Iovem, qui calena aurea puerulum mira indole et coelo ad Capitolium demiserat, cui postea flagrum in manu dederat; perspecto tunc Octavio, quem Caesar voti solvendi gratia in Capitolium duxerat, cognovit eum esse quem in somnis viderat, triumviratusque eius vera flagrum insolentis nimium romanae nobilitatis, certum Ciceronis somnum fuit.

Marcus Tullius (*lib. 2. de nat. Deor.*), et Valerius Maximus (*lib. 2. de somn.*) referunt, quod duo familiares socii, et amici Archades in Graec-

ciam simul iter facientes ad quandam civitatem pereverunt, quorum unus ad domum sui amici perirexit, alter vero ad hospitium divertit. Is, qui in domo amici sibi erat, vidit in somnis suum socium oralem, ut sibi subveniret, eo quod nisi invaret ipsum, esset ab hospite iugulandus; ille vero hoc viso excitatus, tanquam vanum somnum illud parvipendens, ad lectum rediens obdormivit; tunc eius socius secundo per somnum apparuit, et instantius quam prīus rogare videbatur ut ci auxiliaretur; sed iste neque de somno tunc curas, iterum obdormivit: cui tertio in somno socius cum magnis querelis apparuit, se affirmans iam iugulatum esse, quoniam vitæ sua auxilium ferre negligesset; obscrabat autem, ut saltem ultionem non negaret, dicens corpus suum trucidatum, ferri extra portam supra currum copertum stercore sepeitudinum, ut occidentis scelus occularetur. Tunc constantibus precibus familiaris amicus compulsus, protinus cum luidice ad illam portam summo mane concurrerit, et currum, quem in quiete viderat, ei demonstravit: ille comprehendit hospitem, et ad capite supplicium perduxit.

In additionibus deinde ad Curtium legimus, quod somnivit Alexander Magnus, summum sacerdotem pontificis iudicium circumactum contra se vehementer indignari, et graviter minari, si Ierosolymitanum templum attigeret: unde sequenti die a longe illum videns Alexander, reverentia causa ab equo descendens eum adoravit, et eidem quidquid placitum fuit postulare, singulari magnificientia impertivit. Annibal quoque, ut narrat Fulgosi, somnivit, quod si quoddam templo demoliretur, oculorum unum amissurus esset: et licet illud esset profanum templum, forsitan Deus praevidebat illud postmodum in sanctum fore commutandum illud somnum immisit. Narrat præterea Selenius haec, quae sequuntur de Nerone: *Tenebatur Nero evidenter portentis somniorum, et auspiciorum, tum veteribus, tum novis, nunquam ante somniare solitus; occisa denunio matre vidit per quietem nacem, sibi regenti exortum gubernaculum, trahique se ab Octavia uxore in arctissimas tenebras.*

Ceterum quamvis eventus ipse vera esse aliqua somnia comprobare solet, ante tamen eventum ipsum non debemus temere indicium ferre, quia saepe in illis diabolica versutia se intermixet, et in variis superstitiones probabili, quibus multi antiqui fuerunt decipi, explorare volentes quaenamcumque somnia. Unde olim apud Gentiles quedam fucrata destinata loca, in quibus pernoctare involuti victimarum bellubus conseruerant Elthini, ubi responsa de quæsitis rebus somni specie diabolos, non voca reddebat. Sic Lacedaemonii in fano Pasithæae somniandi causa excubabant; et Aesculapium vera indre somnia creditum fuit, ideo eius templum frequens Graecia adiit et honoravat.

Ad haec de Venere Gazea haec scribit Marcus historicus, testis oculatus in vita sancti Porphyrii episcopi mense februario, in loco Tetramphedos, hoc est quadrivii, stabat statua

marmorea, et dicebant eam esse Veneris, erat autem supra aram marmoream: statua vero effigies erat munda mulieris, quae palam se ostendebat; statuam autem in honore habebant omnes cives, maxime vero mulieres lucernas accendentes, et thure suffientes: dicebant enim eam in somnis respondere illis, quae volebant intrare matrimonium. Decipiebant autem se invicem mentientes: saepe vero iussi a dameo contraferre matrimonium, tantum obfuit, ut saepe inter eos fierent divortia, aut male cohabitarent. His, et similibus somniiorum superstitionibus daemon genem illam illudebat.

Alia vero somnia bona, et honesta sunt, et divinitus immissa, quae divina eloqua, et sancti Patres, tanquam revelationes commemorant; ut cum rex Abimelech somnivit Deum contra se iratum, ex quod Abraham uxorem regia autoritate ad se adduci imperasset. Simile est cum Laban somnivit acriter Deum sibi ministri, si Jacob injurioso aliquo verbo exacerbaret, obviari sibi in monte futurum. Simile cum somnivit Joseph manipulos suos a manipulis fratrum suorum adorari, solempne et lumam eum revereri. Simile cum somnivit duo illi Pharaonis famuli, alter restituendum fore in pristinum gradum, alter suspendo multatandum. Somnivit etiam ipse Pharaot totius Aegypti infestissimam famam imminentem in septem vacuis extenuatis, et futurum postmodum saturatulum in totoem pinguiibus. Quidam alter somnivit hordeacum panem, qui Madianitarum tentoria exturbavit; evenit autem ut Gedeon audacie in illos irruerit. Somnivit Nabuchodonosor ingentem illam ex variis metallis confundat statuam citro corrundam, ut animis eius non amplius bruberet, et intumesceret. Somnivit Indas Machabeus Oniam sacerdotem pro populo orientane sibiensem porrigentem, quia tam tempus instabat ad irruendum accirine in hostes. Jacob somnivit scalam coelum cacumine suo tangentem, et angelos per illam descendentes, et ascenderentes, in qua varia arcana sibi fuerunt pfecta. In somnis etiam Salomonem exiamim illam sapientiam accepisse, nemo est qui ignoret. Divus Matthæus somno admonitus ait Magos ne redirectur ad Herodem, sed per aliam viam in regionem suam regredenter. Uxor Pilati variis visionibus perterrita in somnis, scriptis ad illum: *Nihil tibi, et iusto illi.* Iohannes supra pectus Christi dormiens beatissimam Triadis caritatis arcana didicit. De matre etiam illis magni patriarchæ sanctissimi Domini, omnes vitae illius Historiographi referunt, quod cum prægastrum esset, in somnis vidit se continere in ulro suo canem, ore suo ardente faculam ferentem, quod manifestum praesagium fuit illum futurum catholicæ Ecclesiæ insignem predicatorum, ac fulgentissimum lumen: ac tandem, ut ait sacer Evangelista, Ioseph in somnis apparuit angelus coelitus ei demisus, ut moneret eum cum maatre, et prole in Aegyptum proficeret.

Ex hac igitur tanta somniiorum varietate duo spiritualia documenta superem vobis deducere. Primum est talia solita esse somnia, qualia in vigilia sunt cogitata, et operata: unde

Salomon dixit (*Ecccl.34*): *Multas curas sequuntur somnia: si curas fuerint sanctæ, sancta illæ sequentur somniis prævale, prava illi evenient, ut expertus est d. Augustinus dum de somniiorum Iudibris (*tib.10. Confess.*) haec tradidit: *Adhuc vivunt in memoria mea talium rerum imagines, quas sibi consuetudo mea fixit, et occurvant mihi vigilanti carentibus, in somnis autem non solum usque ad concessionem, factumque similium, et tantum valet imaginis illusio in anima mea, ut dormienti falsa vera perverdeantur, quae vigilanti vera non noscuntur; haec tamen illæ. Non experientia compertus, quod Iudo deditus de lido somniat; libidini addictus de libidine; honoris avidus de honor; pecuniae cupidus de pecunia; usurarius de excessivo somniat luco: et contra vero iusti, et sancti, cum in vigilia quæ recta sunt mende evolant, et honesta agant, recta et honesta in somnis eis occurront: quia somnus est velut echo vigilie respondens, et ideo ut plurimum qualis vigilia, talis somnus. Unde manifestus est plurius astigmata somnia iutorum, quam vigilias peccatorum. Felix certe iustus, cuius cum dormit, custos est Dominus, et cuius somnus et somnium grata sunt illi (*Isai.3*): *Dicte iusto, quoniam bene: bene illi vigilant, bene illi dormient; bene illi laborant, et bene somno, et otio vacanti. Atque hinc est quod cum iustorum somnia ei placeant, frequenter in somnis illis appareat, et eos alloquitur iuxta illud Job (*cap. 10*): Per somnum in visione nocturna, quando sopor irruit super homines, et dormiunt in lectu suo; tunc aperit aures virorum, et erudiens eis in institutum disciplina: unde d. Thomas (*t. Cor. 14*) ali propheticam revelationem proprie hinc in somnis, secundum illud (*Numer.12*): Si fuerit propheta Domini inter eos, per somnum loquar ad illum. Alterum documentum non aliunde mutuabo, quam a doctrina angelici Doctoris, qui postquam hoc argumentum proposuerat: *Illiud quod communiter homines experuntur, irrationaliter est negare; sed omnes experiuntur, somnia habere aliquam significationem futurorum; ergo vacuum est negare somnia habere vim divinationis: ibidemque etiam adduxerat, quomodo Joseph interpretatus fuit somnium pincernas Pharaonis, et Magistri pistorum, nec non et somnium Pharaonis, et Daniel somnium regis Babylonis: postquam, inquam, haec proposerat, hanc egregiam doctrinam ad omnem superstitionem in materia somniiorum vitandum in haec verba tradit: Considerare oportet, quid sit verum circa præcognitionem futurorum de somniis. Sunt autem somnia futurorum eventuum quandoque quidem causa, puta cum mens aliquis sollicitus ex his, quae videt in somnis, inducit ad aliquid faciendum, vel vitandum: quandoque vero somnia sunt signa futurorum eventuum, in quantum reducuntur ad aliquam causam communem somnis, et futuri evenib[us], et secundum hoc plurimum præcognitiones futurorum in somnis sunt. Est ergo considerandum quae sit causa somniiorum, et an possit esse causa futurorum eventuum, vel ea possit agnoscere. Scindamus est ergo, quod somniiorum quidem quandoque est causa interior, quandoque est causa exterior, autem somni-****

rum causa est duplex, una quidem animalis, in quantum scilicet ea occurrent hominis phantasiae in dormiendo, circa quae eius cogitatio, et affectio fuit immorata in vigilando; et talis causa somniiorum non est causa futurorum eventuum, unde eiusmodi somnia per accidentem se habent ad futuros eventus; et si quandoque simili occurrandi, erit casuale. Quandoque vero causa intrinsecæ somniiorum est corporalis, nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasie convenienti tali dispositioni; sicut homini, in quo abundat frigidus humores, occurrit in somnis quod sit vel in aqua, vel nive; et proper hoc medici dicunt esse intendendum somnis ad cognoscendum interioris dispositiones. Causa autem somniiorum exterior similiter est duplex, scilicet corporalis, et spiritualis: corporalis quidem, in quantum imaginatio dormienti immunitatur, vel ab aere continent, vel ex impressione coelestis corporis, ut si dormienti aliquæ phantasie apparent conformes coelestis dispositionum. Spiritualis autem causa est quandoque quidem Deo, qui ministerio angelorum aliqua hominibus revelat in somnis, secundum illud Numerorum 12. Si quis fuerit interior vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum. Quandoque vero operatione daemonicorum aliquæ phantasie dormientibus apparent, ex quibus quandoque aliqua futura revealant his qui cum eis habent pacta illicita. Sic ergo dicendum, quod si quis utatur somnis ad præcognitionem futura, secundum quod somnia procedunt ex revelatione divina, vel ex causa naturali intrinsecæ, sive extrinsecæ, quantum potest sive virtus talis extendere, non erit illicitio divinatio; si autem huiusmodi divinatio causetur ex revelatione daemonum, cum quibus pacta habent expressa, quia ad hoc invocantur, vel tacita, quia huiusmodi divinatio extenditur ad quod se non potest extendere, erit divinatio illicita, et superstitionis; haec tamen d. Thomas.

Ad extremum duo, quae ex evangelica lecture emergunt, dubia non possum hoc loco non solvere. Primum est, quare Deus in somnis totis areca sua panderit? huius in promulgati adest responsio: quia divina revelatio mentis tranquillitatem, et cordis quietem sibi vindicat: sicut enim in aqua non turbata sed quieta, inquietus vultus imago tanquam in speculo effulget, ita in anima tranquilla divini vultus imago tanquam in crystallino speculo splendet. Itaque cum somnis sit quaedam quies virium animalium, tunc anima dormiens est in statu apriori ad revelationes suscipienda: et cum divina revelatio sit quaedam interna locutione, seu admonitio, valde convenienter fit tempore, que anima non est alius rebus intenta: quia ut dixit Sapiens, *Ubi non est auditus, ne effundas sermonem.* Quod si te volente aliquem allungi in causa magoi momenti, opportunum tempus quæreris, cum aliis occupationibus non vacat, faciliter inde colliges Dominum sapienter sancti suis arcana multa in somnis revelare, cum ab omni distractione magis alieni sunt. Atque hinc est, ut ad mores me convertam, quod quemadmodum cum corpus somno capit, quia tunc cessant exteriorum sensuum operationes, quietus

magis esse experimur; ita cum contingit animam orationis sopore capi, tunc magis quieta censetur, quia a vanis huius saeculi curis longe alienor est. Et quemadmodum illi, qui somnum non capiunt, colore pallido, viribus infirmis, et membris omnibus fracti esse solent, ita etiam homines hoc contemplationi somno destituti, ut in plurimum perfecte viri colore, et viribus carent, quia unus ex praecipuis fontibus, ex quibus christianorum dissolutionem, morum depravatio, et in vincendis tentationibus infirmitas emanat, somni huius est spiritualis defectus.

Alterum dubium est, quare cum Deipara sanctior esset Ioseph, voluit Dominus angelicam hanc revelationem in somnis fieri Iosepho, et non ei; maxime quod causa illa magis ad eam spectare videbatur, quae mater erat Christi, quam ad Ioseph, quia minime ille genitus fuerat? Respondeo, quod una Ioseph tanquam vir, et verus maritus sacratissimae Virginis caput illius erat, Apostolo dicente (*1. Cor. 14:17*): *Vir caput est mulieris, immo caput erat totius illius sacrae familie instar praefatus, subditus sibi habens Christum et Mariam*, hinc est quod angelica revelatio fit illi, non eius uxori. Quo non obscure docemur documentum magni momenti, omnibus indiscriminatum omnino observandum, nimur tam negotia, quam munera non immediate ad foeminas, sed ad earum viros deferenda esse: unde Moyes Barcetas (*in hist. Gen.* ait), ipsum etiam Deum non immediate promulgasse legem de non edendo fructum ligni vetiti Hevae, sed Adamo, *Heva*, inquit, *didicat ab Adamo praeceptum non edendo cibum*; quod et confirmat hic auctor testimonio s. Ephremi Syri: *vitulus uxorem adeo viro suo subdilat esse debere, ut et legem Dei de ore eius accipiat*. Certe si cum Eva snasa fuit a serpente comedere de ligno vetito, id prius communicasset cum viro suo, forsan neuer illorum divinum transgressus fuisset praeceptum. Hanc doctrinam videtur mili adamassim observasse rex Abimelech, cum solo lumine rationis illustratus dixit Sarae (*Gen. 20:1*): *Ecce dedi fratru tuo, hoc est Abraham, viro tuo, dixerat enim illa soror illius esse, mille argenteos: hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt*. Ecce rex non porrectus minus ipsi Sarae, licet aliquo illud ad eam pertineret, in cuius gratiam dabatur, sed Abraham illius marito, ut qui probe agnoscet nullum minus uxori alienae conserendum esse, quod per manus viri eius non transiret. Hoc et rationis consonum, et Deo gratum est. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA III.

Fugae Christi Domini, et Matris eius, variae circumstantiae disseruntur tam ex parte loci, et temporis factae revelationis, quam ex parte angelii revealantis; nec non ex parte Iosephi divina iussione promptissime obtempore rantis.

Circumstantias praesentis mysterii prosequens, qualitatibus angelii qui in somnis apparuit Iosepho, fugam in Aegyptum illum monitum, minime silentio praeferre licet. Origenes (*homilia 3 in diversis*), angelum illum Gabrielem fuisse scribit, cui totum incarnati Verbi negotium divinitus fuerat commissum: verba eius sum haec: *Qualis angelus illi annunciarer venit, qui ad Zachariam in templo locutus est, ipse et nunc per somnum ostendit se Ioseph, sanctus angulus Gabriel appellatus, quod interpretatur fortitudo Dei. Illius namque incarnationis sacramentum commendatorem habebat, qui veniebat ad debellandas potestates aeras. Iste etiam angelus ad eos bene vigilantes pastores venit, et Domini generationem istam annunciat. De modo autem, quo angelus in somnis apparuit Iosepho, et cum eo locutus fuerit, multi cum Barradio (*in Comm. huius loci*) existant non apparsisse in persona propria aereo corpore indutum, nec voce quae audiuit corporis percipi posset cum Iosepho locutum, haec enim apparitus vigilantium est; visus ergo est, et locutus angelus cum Iosepho dormiente per species phantasie impressas, quae angelum, et praesentem, et loquenter representabat: huiusmodi autem visio dormientium est, et dormienti Iosepho conveniebat. Certissime vero cognovit tum Dei illam esse revelationem, tum quid significaret: etenim cum Dens ut alicius rei cognitionem tribuat, somnum immittit, id ita agit, ut in certissimam humo revelacionem, reique cognitionem adducatur. Sed iam de loco, in quo angelus Iosepho apparuit, disseramus. Certe cum angelii apparito a b. Matthaeo post discensem Magorum statim facta narratur, diffidatur, an contigerit in Bethlehem, unde Magi discesserint, et b. Virgo cum infante remanserat, et aero in Nazareth, post observata omnia quae legis erant praecepta circa pueroram, et infantem, ut insinuare videtur b. Lucas? Dicendum est probabilem non videri mihi sententiam eorum qui assentim statim regressum Magis in regionem suam, factam fuisse angelii visionem hanc: tum quia Christus praesentalitus est quadragesimo die in templo, et perfectis legis observatis reversus dictur in Nazareth, ut habeatur (*Lue. 2:2*): non ergo obdissit Ioseph angelo solicitanti, dicentique: *Surge, et accipe puerum, et matrem eius, et fuge in Aegyptum*: tum quia aliquo non est opus, ut surgeret ipse Ioseph: tum quia per illos viginti septem dies fuisse Ioseph et Maria in magno timore et afflictione; tum denique quoniam Herodes qui cum Magis*

non venerat, nec ex suis quemque miserat, illis non fidebat, nec erat tam facilis causa iracundiae, vel putandi se illusum. Cum ergo deberent infante ducere ad templum, frustra vexarentur ante. Daunde non appareat omnino ratione consunum illud Abulensis (*su. Matth. c. 2*), Christum parentibus in Nazareth mansisse biennio paulo ante, vel post Herodis edictum de occidendo pueris a bimatu, et infra: tum quia non videbatur esse verum quod dicitur (*Matt. 1:1*): *Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in sonnis Joseph*, hunc esse, nimur quod cum Magi discesserint, non protinus, sed multis post diebus. *Ecce angelus Domini apparuit Joseph*, praecepit illi Aegyptum petret. Post purificationem autem ipsum, et Virginem in Nazareth reversum fuisse, omnes praecitati Patres attestantur. D. Augustinus (*lib. 2. de consensu Evang. c. 5*) aliam viam ingressus arbitrator, post purificationem angelum Iosephum de fuga admonuisse, antequam Nazareth rediret; admonitum vero Iosephum protinus infantem in Aegyptum translusisse; ex Aegypto vero in Galileam et Nazareth reversum esse: unumquemque vero evangelistam, ait, narrationem suam sic texere, ut tanquam nihil praetermittentis sententias digesta videantur. Tacitus enim quae non vult dicere, sic ea quae dicebat adiungit, ut ipsa continuo sequi videantur. Lucas igitur ex sententia sanctissimi Patris tacita fuga in Aegyptum, de qua Matth. egil, illa quae dicere voluit, idest redditum in patriam, quis que dicebat, idest purificationem, adiunxit, ut redditus in patriam continuo purificationem sequi videatur, cum tamen longe postea evenerit. Verba itaque evang. sic sunt interpretanda iuxta hanc opinionem: Postquam perfecerunt omnia secundum legem, et postquam in Aegyptum conseruerunt, de qua fuga Matthaeus (*Matt. 2:13*), *reversi sunt in Galileam in civitatem suam Nazareth*; reversi, inquam sunt, non continuo ex Iudea, aut ex Bethlehem, sive Ierusalem, sed molte post ex Aegypto, quo auferunt: hic enim redditus item est cum illo, cuius Matthaeus meminit in fine capituli 2. his verbis, *veniens, videlicet Ioseph, ex Aegypto habitavit in civitate Nazareth*. D. Bonaventura (*in lib. de vita Christi cap. 12*) affirmit Deiparam post purificationem Elisabetham iuvississe, et infantum Ioannem; cumque Nazareth iter faceret, antequam in urbem perveniret, angelo monente, fugam in Aegyptum suscepisse. In qua sententia videatur fuisse Ammodius Alexandrinus, si recte ab Interpreti latinitate donatus est: sic enim scribit (*in Arm. evang.*): *Ioseph rediens Nazareth, oraculo admonitus est, ut fuga in Aegyptum infans vitae consulat*. Neque vero disserunt a verbis Luceae haec sententia: sic enim exponi possunt, ut perficerent omnia secundum legem Domini, *reversi sunt in Galileam in civitatem suam Nazareth*; reversi quidem sunt, sed ab ipso itinere ad fugam revocati.

Locutus autem unde Ioseph discessit cum matre et prole eius, non fuit Bethlehem, nec Ierusalem, sed Nazareth, quae est in Galilaea, ut perspicuum est apud Lucam (*cap. 2*) dum ait:

Et ut perficerent omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galileam in civitatem suam

Nazareth. Sed fateor illud in hac historia difficile videri: quomodo cum Herodes iam Magorum nuntio novum regem clamante, turbatus ac perterritus esset, quomodo, inquam, poterit Joseph complexis dichius purgationis b. Virginis tuto cum illa, et infante ascendere in templum ad ritum præsentationis primogenitorum servandam? haec difficultatem in terminis proposuit d. Augustinus (*Iib. 2. de consens. evangeli cap. 11*), et in haec verba illam solvit: *Quis enim non videat etiam illum unum diem regem multis occupatum latere potuisse. Si autem illud verisimile non videtur, quod Herodes qui valde sollicitus expectabat, quid sebi Magi de puer remunierint, post tam multos dies se sensit illumsum, ut transacto tempore purgationis matris eius, et peracta circa infans somnilem primogenitorum in templo Ierusalem, post etiam profectiorem eorum in Aegyptum, in mente illi venerit querare animam pueri, et necare tot pareulos. Si ergo moret, omittio dicere quod, et quantus occupationibus regia cura distendi potuerit, et per plurimos dies ob illam intentionem, vel averti omnino, vel impediti: nonne enim enumerari possunt causas quibus hoc potuerit accidere, quas tamem multas, et magnas esse potuisse nemis ita rerum humanorum inexpertus est, ut ab neget, aut dubitet; haec tenet Augustinus. Non longe ab hac responsione disedit alia Eucherius, et Eusebius (*hom. de Innocent.*) dum ait: *Aduic omnia quieta erant, a duis Herodes Magos expectans nondum sunt cordis militiam reuelabant, unde et secere vadunt in Ierusalem, ut legis mandata perficiant.**

Ceterum antequam ad alia quae mihi commemoanda sunt, gradum faciam, non possum non mirari pariter, et commendare perfectissimam sponsi Virginis obedientiam, qui cum primum agnivit angelicum oraculum de fuga in Aegyptum arripienda, continuo ait d. Matthaeus (*c. 2*): *Consurgens accepit puerum, et matrem eius nocte, et secessit in Aegyptum: super quae verba d. Chrysostomus ait: In re obscura, et perplexa nihil locutus est, nihil interrogavit, sed ad mutum obedivit, tentationes omnes cum gaudio sustinebat: ecce promptum Josephi obedientiam, nulla interposita mora, antequam dies illucescat, ipsa etiam nocte, non quisquam fugam observaret, viam aggreditur. Ecce caceam, quam sancti Patres vocant obedientiam: non sciscitatur, quomodo si Deus est, fugit ab hoste; quomodo si alios et fauscis diaboli eripe venit, potentiae Herodis non resistit; non obmurmur, nec conqueritur de difficultate itineris, de importuno noctis tempore, de inopina et improviso profectu, de inopia ad expensas necessaria faciendas, maxime in regione barbaria, et inculta: his omnibus difficultatibus, et aliis, quas longum esset recensere, viriliter superatis, in omnibus parendum esse Deo constanter elegit: instar Abraham, qui divino praecipto obaudiens de mactando filio suo, a quo multam posteritatem se habutur ei pollicitus fuerit Deus, mane consurgens ad iter se accinxit; neconon instar Moysis, cui cum multa dura, ac difficili Dominus imperasset, nimis ut superbissimum Pharaonem tanquam protestatem habens alloqueretur, ut potenter ei re-*

sisteret, acriter ei minaretur, multisque plagiis munitariet opprimentum, nisi divinae iussioni obtemperaret, nihil ea moleste tulit, nec amara illa, aut acerba indicavat, ut ait David (*Psal. 104*), et non exacerbavit omnes sermones suos: etenim sicut molis era quocumque manus illam dilataverit, aut extenderit, eo sequitur, absque omni prorsus refutatione: sic sanctus Joseph quocumque manus Domini illum ducebat, eo confessus pregebat. Huius velocitatis in obediendo eam causam arbitror, quod cum fuga illa esset ad praecavendum Christi necem, quam herodiatae saevita molebatur, et ipse ardentinus Christum Dominum amaret, inde fuit ut facile, ac prompte, tam arduum, ac difficultem itineris in Aegyptum provinciam suscepit. Unde videntur mihi obedientia, et amor in Iosepho instar alarum duarum: nam sicut ista volucres volare faciunt, ita obedientia, et in infantum singularis benevolentia, et amor ad divinum mandatum sive mora exsequendum illum impulerunt: et sicut eliam navis expansa velis, si prospero flato feratur per pelagus, impediti minime potest quin celeriter curat, et quodammodo volet; sed Joseph virtutibus illis vetut quibusdam velis spiritus sancti vento commotis, fieri non potuit quin curret, et volaret ad perficiendum divinum mandatum. Sane sanctissimus Joseph exacte adeo divinae iussioni in omnibus semper obsecundavit, ut nemo melius quam ille adimplivisse mihi videatur illud (*Deut. 6*): *Ebrunt verba hæc in corde tuo, ut mediteris in eis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens; cum re vera non solum vigilans divinum praeciptum executioni mandaverit, sed et dormiens exsequendum acceptaverit, evangelista dicente, quod angelus Domini in somnis apparuit ei, et quod continuo ipse surgens cadem nocte pergero coepit. In quo egregium nobis obedientiae documentum exhibuit: non enim est subditorum causas indagare iussionis maiorum, sed simpliciter obedire. Epichiea quippe quem interpretatrix legum est, in principe tantum debet esse, secundum philosophi doctrinam, non in subito, nisi in casibus, quia maxima secum afflent pericula, de quibus superior adiri non potest. Quare subtili simpliciter obedire tenentur absque aliquis causa inquisitione, dummodo mandatum non praeseferat manifestam iniuriam. Quod et in lege veteri adulabrum fuisse lego præceptum quippe erat a sacerdotibus maiores vasa tabernaculi certis velaminibus cooperata, et involute imponebant humeris minorum, qui non auderent ea ex illis cooperioris educere; sed id eset munus maiorum, ut hinc intelligat inferior se non habere potestatem discooperiendi causas, et rationes, quibus modi superiores talia super eorum humeros onera imponant, sed quod simpliciter obedire; nec evolvere debent causas, sed cum silentio, et humilitate subiungere humeros ad obedientiam ouera portanda. Unde b. Benedictus (*in sua regul.*) docet, quod etiam impossibile aliquando præcipere prælaetus, saltem tentandum est facere, ne videatur impossibile repugnare, quo usque eius impossibilitas appareat. Duobus præcipue mediis in-*

vari solet verus obediens, ut quamvis aliquoquin difficultia, et appetitus valde dissentanea ei praecipiuntur, illa nihil osculus executioni mandet. Primum est, quod prudenter sibi persuadeat, etiam se ignorante, nec percallente, immo nec subdorante rationem rei sibi præceptae, omnino ei sibi parendum fore; sicut enim princeps non semper revelat consilia cordis sui illis, quibus exsequendu curam committit, ut rex Hispaniae literas clausas, ac sigillatas dicit exercitus præbat, iubens ei minime eas aperire, quousque in talem, vel talem locum deveniat: nec enim consilia principum omnibus, et ubiqui nuda, et aperta esse oportet, ut non obscurè indicarent veteres illi Romani in vexillis suis gestantes minotauro imaginem expressam: hoc enim symbolo praetabant, ut bellum instar minotauri in labirinto cretensi latentis, abdita esse debere. Atque hinc est quod Israelitæ Deo occulta sibi consilia non revealare recalcaraverunt, Davide dicente (*Psalm. 105*): *Et non sustinuerunt consilium eius, et tentaverunt eum in iniquo: post enim prodigia ab eis clare visa, et in gratiam eorum patrata, minime iudicare debuissent velle Deum siti eos tabefieri, sed potius situm illum occulo Dei consilio permissem propernus aliquod bonum sibi ignotum. Sanctus ergo Joseph tanquam verus obediens, non disquirent curiose rationes rei præceptae, quia novit consilia regum, et maxime supremi omnium, occulta esse oportere, continuo absque illa mora iter arripiut.*

Secundum quod verum obedientem vehementer impellit ad obtemperandum etiam in rebus difficillimis, illud est quod sinit se a Domino regi, et spiritu eius agi, atque ideo facile sibi persuasum habet quocumque mutationem etiam in seculi sibi videatur abiri, profituram sibi fore: ad quod significandum congrue sat regius Vates ad psalmum illum (*Ps. 22*): *Dominus regit me, huc apposuit titulum, pro his qui communabuntur: quasi dicetur, scopus est huius psalmi eos consolari qui importunato et ingratis mutationem ex uno loco ad alium passi fuerint. Hi namque perpendere debent mutationem hanc persimile esse illi, quam præstat bonus ac prudens pastor, qui cum gem in fastigio montis alacriter passus est videt, observans tamen herbam illam esse novicam, iactu fundae, et baculi compellit gem ad vallum descendere, ac dulce sibi papulum deserere: hac cogitatione minuitus sanctus Joseph continuo divino præcepto obtemperavit, ac difficultem illam in Aegyptum mutationem eadem nocte sustinere caepit, Evangelista dicente (*cap. 2*): *Qui consurgens accepit puerum, et matrem eius nocte, et secessit in Aegyptum: quae verba licet adeo clara, et perspicua sint, quidam tamen doctores secuti Episcopum Abulensem (*in cap. 2. Matt.*), existimant quod Joseph non discessit in Aegyptum illa eadem nocte, in qua ei angelus apparuit, idque nonnullis rationibus nimirum comprobata: quarum prima est, quia Joseph, sicut ille inquit, indigebat aliquibus, quae prius erant præparanda pro matre, et puer, maxime cum via esset longissima et laboriosissima, propter**

*quae Joseph non poterat subito eadem nocte se præparare et secedere. Secunda ratio est, quod Joseph discedebat in Aegyptum, ut ibi maneret per longum tempus, cum angelus ei dixisset: *Fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi.* Unde oportebat, quod disponeret aliqua de necessariis que afferre secum potuisset in vita sue solatium et auxilium pro modo tempore.*

Tertia ratio: quia licet Joseph, et Virgo essent pauperes, aliquid tamen habebant: unde cum recederent de terra et patria sua, nescientes quando iterum redituri essent, opus erat quod aliquantulum disponerent de rebus suis eo modo quo possent, ut saltem non omnino perirent.

*Quarta: quia oportebat famam consulere, nec solitatus vicini et cognatis fugam capere: dicit enim Apostolus (*ad Rom. 12*): *Oportet providere bona non solum coram Deo, sed coram hominibus. Verum oppositum sententiam, quam sequitur card. Caietanus (*super Matth.*), non modo probabiliori putamus, sed etiam angelii dictis magis multo consecrenam, nimirum quod eadem nocte, cum evigilavit a somno Ioseph, exsequuntur est quod monuit angelus. Ita etiam docet Titelmannus, necnon et Cornelius Iansenius, qui in hunc modum loquuntur: *Neque paruit tantum angelico oraculo, sed et nocte omnibus rolicitis fugit, cum fugere simplier iussus fuisset, hac in re diligenter parendi oraculo præseverans, suo exemplu nos docens, cum de voluntate Domini constat, omnem rationis industriae ac vires omnes intendentes esse, ut quod probari Domino cognoverimus, commendissime perficiamus.* Et quidem non parum infirmat Abulensis, et aliorum sententiam illa eadem quam ipsi verbis Evangelistæ adhuc expositionem, ut significant, non quidem quod Joseph eadem ipsa nocte recessit, sed quod postquam nonnullas horas sustinuerit, aliquia alia nocte paucis interiectis profectus fuerit: quia præterquam haec Toti statu expositi literae minus congruit, non est sane credendum de Joseph, qui vir erat sanctissimus et prudentissimus, velle fugam differre cum manifesto periculo immaculati agni, quem cruentas lupus avidissime quaerebat: cum enim ex verbis Simeonis et Annae iam rumor de illo inciperet dilatari; certe si Joseph in rerum domesticarum dispositione tunc occuparetur, multo magis rumor ex crescere, cum dispositio illa omnino clanculum fieri non posset. Verosimiliter ergo est omnium honorum suorum iacturam voluisse potius sustinere, quam cum periculo infantis fugam differre. Unde sapienter idem Cornelius Iansenius (*in sua concordia cap. 11*) dixit: *Hic iam et pauperias parentum Christi satis notari potest. Nam ante fugam sarcinas diu colligendae erant, aut debitis admodum, aut facultates disponendas, sed omnibus si quae erant posthabitis, id unum agerant, ut dirimo obedient mandato. Nec propterea fama eius et uxoris iacturam aliquam sustinuit: quia cum omnem mali suspicione sanctissimam Deipararum et Iosephi vitam immaculata singularisque Dei providentia repellere, facile vicini existimare possent ad aliquod negotium necessarium, quod dilationem non pa-***

riebatur discessisse. Dicamus ergo, quod sicut olim Abraham auditio divino praecepto nocte consurgens secum tulit puerum Isaac, ita sanctus Joseph cumprimum agnovit divinum mandatum de fuga in Aegyptum, profinus eadem nocte absque illa mora perrexit in Aegyptum, adducens secum matrem et puerum Iesum, cui sit honor et gloria in sacula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Tres praecipue rationes dubitandi propnuntur, ob quas videbatur non decisus Christum Dominum fugam arripere a facie Herodis. Potidam tamen adducuntur, quibus fugam hanc ratione valde consentaneam fuisse comprobatur.

Non pauca reperio, quae diligentes Investigatores fieri non solum monent, sed et cogunt earum causarum, quae Christum Dominum impulerunt a facie Herodis fugere, inter quas, illa a me hic apponenda praecipua capita esse reor.

Primum est, quia sexentis modis, facili poterat Christus Dominus absque fuga ei manu effugere; poterat enim, quod grandiora aetate praestit, incolumis per medias hostium turmas transpirare; cum enim vulnerauit inimici eius ex monte illum praecepit, sanctus Lucas (c. 4) ait: *Ipsa autem transiens, per medium illorum ibat.*

Poterat etiam se invisibiliter licitoribus Herodis reddere, propter fecit, cum ilium lapidare tentarunt, ut tradit divus Augustinus (*tract. 45. in Ioan.*) versans illa verba: *Iesus autem abscondit se: non enim putat per fugam abscondisse, sed invisibiliter se reddidit.* Poterat item tanquam absolutus Dominus generali concursu summa suspender, ut manus comprehendens illi admoventi non possent, sicut olim fecit in fornae Babylonis cum flamma voracis ignis tres pueros non tetigit, ne eis aliquod nocuementum intulit. Poterat deinde herodianam crudelitatem lenire, ut siue ante incarnationem tumentes marias undas compescuerat, ut populus Israel incolimus pertransiret, ita iracundiae fluctus Herodis animum quatenus reprimeret. Et quidem cum olim septem ferozissimos leones, ne in Danielum irruerent, solo natu potissimum probat, facile leoninam unius Herodis rabiem potuisse cohíbere. Quod si rursus non blanditiis, aut leibus remedii uti volueris, quid queso sibi facilius, quam varis suppliciis eius petulantiam infringere, ipsum, et eius carnifices animam Infantis quaerentes, coecitate, aut alio gravi morbo muletare? sicut olim multeavit quaerentes iuuenes ad abutendum illis (*Genes. 19:*) *Percusserunt coecitate a minimo usque ad maximum, ita ut sicut invenire non possent.*

Poterat similiter facture, ut sicut tercia Regum legimus, Roboam manus contra servum Dei extenta continuo contabuit (*3. Reg. 13:*) *Exaruit manus eius, quam extenderat contra eum,* nec evituit retrahere eam ad se; ita manus sa-

telitum, quae adversus Christum Dominum extenderant, profinus arcesserent; vel certe, quemadmodum ad petitionem Heliæ, ignis de caelo descendens, tentantes illum comprehendere combusserit, ita flamma coelitus missa persecutores suos devoraret. Numquid non ei facile erat, necesse inferre homini scelerato, et improbo, qui angeli gladio tot milia babylonici exercitus una nocte interfecit? aut qui unitus foeminae manu impii Herofernis caput truncavit, non poterat potentissimo suo brachio Herodis caput amputare? maxime, cum nefarios homines punire non minorem gloriam, quam probos remunerare conciliet. Unde eum ignis combussisset filium Aaronis, Dominus dixit (*Levit. 10:*) *In conspectu omnis populi glorificaber. Ecco punitionem malorum, vocat gloriam suam: et in Deuteronomio quarto spolia hostium, quae post victorianam Deus comburi praecepit, anathema appellantur in sacris eloquiis, id est, separata, et dicata cultu divino: quibus non obscurae innuit, malorum punitionem Deo esse instar spoliorum quod a hostibus capiuntur, gratiam et gloriosam.*

Secundum, quod vehementer animam pulsat ad quaerendum diligenter causas, ob quas Christus Dominus fugam arripere voluit a facie persecutorum, illud sane est, quod parvulos Innocentes evidenti vitæ discrimini expositos relinquit, quod alienum certe videtur a generosi animo ducis, Isaías enim in persona Dei ait (c. 55): *Eccœ testem populi dedi eum, ducem, et praeceptorem gentium.* Pusillanimis autem ac metifacilius duci manifestum indicium est militibus eius acriter cum hostibus contendendi bus fugam arripere, ac vita discrimine ipso salvo, et incolumi manente, aliis sustinenda relinquere. Deinde ipsa iam grandior tactus dicit (*Ioan. c. 10:*) *Ego sum bonus pastor: bonus pastor animam suam ponit pro oviis suis; mercenarius autem, et qui non est pastor, videt lupum venientem, et fugit, quia mercenarius est.* Igitur, cum ad bonum pastorem pertinet mortis pericula subire, ut ovium vilam illasam conservet, debuitus sane Christus Dominus lupilinae Herodis saevitiae se tradere, ne tot milia infantium perirent; ne illi mortalia infantum perirent; aliquin mercenarium cum iudicabit, qui illum instar mercenarii fugientem videbit. Russus ipse gallione se comparvit singularem pallorum curam habentem (*Mat. 23:*) *Quenadmodum gallina congregat pullos suos sub alas; nulla autem unquam visa est gallina, quae conspicuens milium pullos suos invadere, continuo fugiat, nullamque prorsus de eorum vita conservanda, aut morte vitanda curare gerat: si ergo Christi solicitudi, et amor erga infantulos Innocentes era instar sollicitudinis, et amoris, quena gallina filii suis exhibet, debebat quidem sacros illos pullos protegere, et ab Herodis rapacissimis uogibus eos eripere.*

Tertium, quod easdem causas haud oscitant, querere cogit, nihil certe est, quod supervacaneum omnino videatur ad vitandam necem, quam Christo infantil Herodes infere moliebatur, fugere in terram aede longinquam, cum intra Galilaeam manens Nazareth, securus po-

tuisset ibi latitare, et absque aliquo timore, nam certe Herodes solum occidit infantes, qui erant in Bethelehem et finibus eius, ut sacer evangelista Matthaeus contestatur; nullus autem illorum, qui erant in Galilaea, fuit occisus, immo nec Herodes suspicatus est aliquid contra Galilaeos infantes, aliquin occidisset aliquos eorum, sicut propter similem suspicionem occidit Bethlehemiticos. Nec satisfacti illorum responso, qui perperam contendunt, quod cum Joseph monitus fuit ab angelô fugere in Aegyptum, tunc erat in Bethelehem, et ideo operuit illum ab eo loco discedere, eius infantes occidentes erant: hoc sane minimè cum evagelica historia cohaerere potest, quia fuga illa fuit post purificationem Virginis in templo, qua peracta non reddit in Bethelehem, sed in Nazareth, ut testatur d. Lucas (c. 2) dicens: *Ut perficerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilaeam, in civitatem suam Nazareth;* manens igitur in Nazareth, securus erat; atque adeo supervacaneam redditum eius fuga ad conservandum vitam. Accedit, quod Deus, a quo revelatio illa fugienda in Aegyptum, ortum habuit, evidentissime praecongoverat locum, in quo infantes occidentes essent, et praecesserat nullus occidendo in Nazareth: frusta ergo fuit a Nazareth.

Hucusque tres dubitandi rationes proposui, quia quis videbatur, non decisus Christum fugere; nunc totidem causas, et rationes apponam ex antiquorum Patrum thesauris deponit, quibus non obscurè constabili, Christi Domini fugam a facie Herodis ratione valde conscientiam fuisse.

Primam causam fugienda Christum Dominum tradit d. Athanasius dum ait: *Deceu Christum, ut sic esurient, sitiendo, patiendo, ita quoque ipsa ratione fugiendi, ostenderet se carnem gestare, et hominem factum esse.* Sed latius divus Chrysostomus (*super cap. 2. Mat.*) hanc rationem prosequitur in haec verba: *Dignum esse hoc iudeo tristipendium quando mentis fateri, et quasi metuere pro Magi partier ac puer: eti enim illi turbati non sunt, sed fideliter omnia suscepunt, nos tamen scrutari dignum est, cur non et Magi praesentes salventur, et puer, sed illi quidem per fidem revertantur, hic autem cum Matre in Aegyptum transfugiat, cum multo plus fuisse videatur in manus eum Herodis incidere; nec tamen, cum incidisset, latere, sed claro prorsu divinitatis auxilio vindicari.* Verum hoc modo rebus impletis creditum non fuisse, vere illum suscepisse carnem, tamquam hodie mysteriū sacramenta nutriri: si enim etiam cum ista facta sint, plurima iuxta humanæ naturæ dispensata rationem, aliqui tamen ausi sunt suspicari, quoniam fabula quadam fuerit carnis assumptio, in qua non illi impietas praesuppla recidissent, si omnia, iuxta quod dignum est, proprias virtutis potentia egisset? Magos vero celesteri emitti; simul et Persarum regioni mittens magistros, et infidicem reddens furem tyranni, ut discat se impossibilia moliri, et conceptum extinguat invidiā, sequit studio vani labori abducat. Est autem dicinatis virtute dignum, non modo conterere inimicos, verum etiam cum omni illos sa-

*tem, unde manifestum est, amore nostri, non Herodis timore, quem solo nuto cohære potuisse, fugam arripuisse, sed potius instar strenui ducis singulari stratagemam, inimicum fugiendo, delusisse. Unde eleganter divus Petrus Chrysologus dixit: *Belligosus, quod in bello fugit, virtutis est, non timoris. Deus, quando fugit hominem, sacramenta est, non pavores: potens, quando subducit infirmo, insequentem non pavet, sed foris producit: vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoste victorianum: occultum se non putat inire confusum, qui mandare suum sacculi vult tristum; secreta Victoria, virtusque latens exemplum posteris non relinquuntur, nisi est, quod Christus fugit, ut cedat temporis, non Herodi. Neque enim mortem fugit, qui venerat de hoste reportare victorianum, neque humanas insidias expavescit, qui totas venerat diabolicas fraudis operis versutias nec tunc timuit, quando insuls, et secundum hominem timere nescivit, et secundum Deum potuit non timere.* Quod si expressus agnosceret cupis, quam utile nobis fuerit, ne Christus in infante, sed grandior effectus moret, memorem quoquo, nomen agnai ei in baptismo impositum, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi;* agniman autem carnem nemo ignorat, aptiorem esse cibum, et convenientiorem saluti, cum creverit, quam dum lacte ad ubera matris nutritur: et quamvis mors huius agni sat tunc nobis esset in propitiacionem, tamen si infans cubuerisset, totus orbis divina eius doctrina, et exemplo caruerit: quis enim mundo coelestia enunciaret, si unigenitus, qui est in sinu Patris, ea non enarrasset? *Qui enim de terra est, de terra loquitur; qui de celo venit, super omnes est.* Quis etiam exemplo doceret nos viam in coelum, *ut stultus non erret per eam,* nisi Christi exempla coram oculis haberemus? et si adhuc illa imperfecti sumus, cum tot Christi exempla imitatione digna ante oculos habuerimus, quales, obsecro, nos futuros fore putandum est, si illis caritatem? Sicut mathematicus dispulans et cathedralis de figuris docere discipulos, et figuris quodam digito per aerem designare, atque hue, illueque se vertens, ait: hic est circulus, hic triangulus; sed hinc in aere signans, cum perfectas figuris, ut exemplaria mundo proponebat: unde de Tobia (c. 2) dicitur: *Hanc autem tentationem permisit Deus evenire illi, ut posteris detur exemplum potentiae eius.* Ecce in Tobia depinxit patientiae imaginem. Cum Susanna etiam a lascivis scibus tentata, glorioseissime illos devicit; sane in ea Deus posteris omnibus singularis castimonia exemplar vivunt ad imitandum proposuit. Verum harum virtutum effigies in aerea materia caelantur, Iohannes dicens: *Venit est vita mea, ideo non erant omnibus numeris absoluae, sed multis imperfectionibus admixtae: ut ergo Filius aeterni Patris mortalium oculis**

perfectissima proponeret virtutum exemplaria, descendit de coelis, et in assumpta humanitate circinno ea adamussem efformavit, ut vere eius aemulatorum efficiamur, iuxta illud Petri (1. Pet. 2): *Nobis reliquias exemplum, ut sequamur vestigia eius.* Hac ergo ratione modo se morti subtrahit, non eam recusans, sed in tempore commodus differens, ut prius omnem nos edocet virtutem tam verbo, quam exemplo. Non igitur timor, sed ardens potius erga nos amor ad differendam mortem in aetate iam provocet Christum impulit. Et quidem si adhuc iam vir factus, quia tempus mortis eius nondum approxinparuit, dixit (Ioan. c. 2): *Nondum vesti hora mea; quanto potiori iure in infantili existente aetate idipsum dicere potuisse?* Quamvis igitur totis viribus Herodes Christum persequatur, voti sui compas minime evadet; horam eius mutare, mortem accelerare, interitum maturare nequirit; habet enim illi sicut vestes, ita et mortis clavem, herodianique furoris habenas manus gerat: quare huius lupina saevitia ardentior esse non poterit, quam mitis hic agnus permisit: idcirco, cum ipse decreverit infantem non mori, nec dum tener est, matris ubera sugentem occidi, quia ardentissimo eius amori erga genus humanum, iam parum sanguinis effundendo, non plene satisficerit sibi videbatur; ideo in vacuum laborat Herodes, querens in infante animam eius, erexit actas, robatur corpus, augescet sanguis, et tunc hostes non fugiet, sed queret, qui terris irragandis, sanguinis aperiant ex virili corpore fluvios.

Quod si adhuc rem altius consideremus, facio nobis innotescet, maius Christum Dominum sui amoris pignus nobis praebuitus differendo mortem usque ad inventum suum, quam si infanta, aut senectate moretur. Sanctus ille rex Ezechias, quando mortis sua sententia fuit sibi nunciat, illud super omnia vehementer illum cruciabat, quod in inventu sua interire cogeretur (Isai. 38): *Ego dixi: In dimidio dierum meorum radam ad portas inferi: magis enim, ceteris paribus, contristatum animum mors invenerit, quam senis, aut infantis, quia inter omnes aetas levius pretiosior esse censetur.* Ut ergo Christus maioris amoris sui signa nobis exhiberet, pretiore sue aetatis tempore pro nobis vitam profundere voluit, et ideo nec in infante, nec in senectute moriendum sibi elegit. Atque per hoc sufficienter responsum me dedidisse arbitror secundae rationis dubitandi.

Ex quo vobis, o senes, aetate et in peccatis invelerati, non exigua erubescitiae, et confusoria materia proponitur, cum Christo prefigius sua aetatis tempus, immo et totum suae vitae curriculum in vestram utilitatem expediente, vos nec deliores vitae vestrae dies in feliciora tempora, et momenta in obsequium eius expeditis. Ita ne aetatis vestrae candidiores et scilicet farinam vestris voluptatibus, et delicias absumentes, nec viles saltus illius furfures Deo praestare vultis? Audite quæso, ut erubescatis, gentilem hominem Senecam (*de brev. vel. c. 5*) in hunc modum

senibus loquentem: *Non te puden, reliquias vitæ tibi sercare, et ideo solus tempus bona menti destinare, quod in nullam rem conferri posset: quam serum est, tunc incipere, cum desinendum est?* que tam stulta mortalitatis oblitio, in quinquagesimum, et sextagesimum annum differre sana consilia; haec enim Seneca. Sed compendiosus Salomon (Prov. o. 5): *Ne annos tuos crudeli: quasi dicat, ne concedas prosperos tuos annos crudeli hosti appetitus tui sensitiv, sed præche illos mansuetissimo infanti, Christo Domino, qui pro diebus aeternitatis facile eos tibi commutabit. Quod si hoc præstare renuis, cave non impetrare in te illud Ecclesiastes (c. 7), intempestiv mortis tibi ministrans horam: Ne impie agas multum, et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Scio nonnullos non indeo hunc locum explicare, ut duplex possit intelligi homo habere tempus: unum suum, quandiu colesti auxilio suffatus divinis obscurat inquisitionibus; aliud non suum, quando in peccatis conterens, tempus illud daemoni sacrificat, tunc enim crudelis hic tyrannus, sicut facit serum ipsum peccatorem, ita tempus eius perperam consumptum quodammodo reddit suum: cum ergo monet Ecclesiasticus peccatorem, ne moriaris in tempore non suo, perinde est, ac si diceret: *Cave, ne moriaris in tempore, quod immolasti diabolo, talis enim mors ad mortem aeternam te ducet.* Ceterum d. Hieronymus, Paraphrases chaldaeas, et Albinus aliam viam ingredientes, arbitrantur, tunc hominem censori mori in tempore non suo, quando propter frequentia sceleri, ac enormia peccata, ita divinae frumentum contra se provocavit, ut ante tempus illud ad quod, si ita non percassel, pervenisset, vitam ei eripiat, adeo ut si alias victurus fuisset sexaginta annis, triginta tantum sit superstes, prout eidam adolescenti accidisse commemorat sanctus Bernardinus (tom. in quad. dom. 2. ser. 17), affirmans, quod ipso vivente, cum quidam inueniens decem et octo annorum, parentibus inveniens, variis latrociniis accusatus ad suspedium derulerat, patibulo proximus paulatim canescere coepit, semini barba mentum eius circumdari, et vultum eius rugis repleri in milititudinem decepti nonagenari. Cuius stupendi effectus occultam causam ex vicinaria revelatione illius urbis Episcopus agnoscens, asseruit divinitus sibi innotuisse, quod si adolescentis ille non addidisset ut peccata peccatis, nonagenari morituras fore; in poemam tamen eorum divino iudicio factum esse, ut reliqui omnes anni a decimo octavo, quo mortuus fuit, usque ad nonagesimum ei auferrentur.

Cave ergo, ne peccata peccatis adiungentes, hanc Dei vindictam experimant, vel certe eam, quam expertus est ille, qui inopinata, et repente vocem sibi dicentem audivit (Luc. cap. 12): *Stulta, hae nocte animam tuam repetent a te.* Attende Dei minas; animam eius reverendam fore, ait tempore nocturno, non diu, quia cum tunc divites soleam multis famulis, et amicis stipari, forsan quispiam erga illos pietate motus confessarium vocare,

et ad conditionem animum infrimatis excusat; severo tamen Dei indicio fieri in peccatorum supplicium, ut importuno noctis tempore pereat, quo nemo spirituale aliquod sacramentorum subsidium ei praestare possit. Deinde addit (*ubi sup.*): *Repent animam tuam;* equidem non videbatur dicendum: *repent, sed repetet;* quia cum solus Deus illam dederit, ad illum solum spectat, cum repelere; sed consulto ait, *repent, ad significandum, quod si etsi olim peccatum Caini fratris sanguinem effundens vindictam adversus eum postulabat, sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra, ita sceleris omnia in curriculo vitae patrata animam miseri peccatoris repelent, et corpore illum extrahendo, cum in supplicium eorum vita illius, iusto Dei iudicio, dies minuantur.* Nec dicit, *petent, sed repetent:* quia multo ante divisionem ultionem petierant, et in extremo vitae illam instantius repetuerunt.

Tertiam causam iam apponu, cur Christus Dominus fugerit, per quam tertias rationes dubitandi faciam satis: licet enim prima facie videatur, securum potuisse manere in Nazareth Galilaeam, cum solum bethlehemici infantes occidenti essent ab Herode, et consequenter supervacaneam fuisse illam fugam, aliter tamen se res habet, quia si Joseph manisset in Nazareth, manifestum periculum imminebat, quod cum Herodes a Magis eductus didicisset tempus, quo Christus natus fuerat, facile potuisse querere, quot, et qui nam natu fuissent illo tempore in Bethlehem, et per diligentem inquisitionem inventire potuisset quandam puerum Galilaeum natum fuisse eo tempore, venientibus illac parentibus ad profundendum. Posset etiam non difficulter certior fieri, quomodo ille esset de Nazareth, quia per libros professoris Bethlehem facilis neglegi poterat sibi constare, quot, et qui viri, et foeminae, tamen de Bethlehem, quam alienigenae fuisse illo tempore in Bethlehem, et ex hoc inquirere quaenam foeminae ibi tunc pepererant, atque adeo potuisse invenientem Mariam de Nazareth, ibi tunc perpessire puerum Jesum, et diligenter curam adhibere ad illam inveniendum: hac enim ratione sine dubio arbitror angelum dixisse Ioseph in Nazareth commorante, ut fugerent, quia futurum erat, ut Herodes quereret puerum ad perdendum eum, ut testatur d. Mattheus agens de fuga Christi; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Prosequimur causas fugae Christi Domini a facie Herodis, alias plures scitu dignissimas ex sanctorum Patrum doctrina recensentes, ac de bono, et utilitate exilii permulta tradentes.

Cum perfidus ille haeresiarcha Nestorius (*contra Max. dial. prim.*) petulant, et invercundus adversus Christi Domini fugam oblatam, haec verba effutierit: *Quid potest esse iniquius, quam*